

XII. Respondeo, omnia preſata certo quidem præſciſſe Deum poſita conditione eſſe ponenda, ut hac q. dub. 1. §. 4. oſenſum eſt: non tamen per ſcientiam mediã, ſeu antecedentem omne decretum ſuum, ſed per ſcientiam liberã ſupponentem decretum actũ in Deo exiſtens de re illa ponenda, ſi talis conditio ponatur.

Ad primum ſcript. textum dico, ut ſuperius oſendi §. 4. ei, reprehendi a S. Auguſt. & Proſpero Sempelagianos, quod eo abſtinerent ad afferendum, Deum ex præſcientia eorum, quæ geſturi erant, ſi ad adultã etatem perveniſſent, motum fuiſſe ad rapiendos aliquos parvulorum ex hac vita, ne præviſis culpis contaminarentur, quam præſcientiam, ut ſuperius dixi, ante omne decretum ponant, & proinde erat eadem, quæ modo vocatur mediã. Indicat ergo textus ille, Deum juſtum illum rapuiſſe, ne inquinaretur malitiã, quam præſciverat, non præſcientia in Deo poſita ab eventu, & proinde Deo non libera, & ac ſi timeret, ut malitiã præviſã ſuæ prædeſtinationis effectum poſſet impedire; ſed præſcientia ſibi libera fundata in decreto ſuo, quã ſtatuat ipſi permittere malitiã conſequinari, ſi diu vixiſſet ſed quã abſoluto decreto eum prædeſtinavit, ideo præmature eum rapiendo, noſuit conditionem poni.

Eodem modo ad ſecundum textum pariter dico, Deum prævidiſſe perdendam fore omnem carnem, niſi breviati fuiſſent dies illi, præſcientia nixa decreto, quò ſtatuat, permittere lapſum omnis carnis, ſi diutius Anti-Chriſti perſecutio perſeveraret.

Ad tertium eodem modo reſpondeo, Deum reverã id ſciſſe, ſed non per ſcientiam mediã, quã non antecedenter, ſed in decreto ſuæ voluntatis, quò ſtatuat permittere, tum Sanſis deſcentum, tum Urbis obſidionem, tum Davidis traditionem, niſi David ivide recederet. Quia vero abſolute ſtatuat, Davidem non eſſe tradendum, ideo cavet, ne ibi maneat.

Ad quartum pariter dico, Deum merito prædiſſe illos eventus, quã ſtatuat punire Judæos remanentes in Jeruſalem, & cuſtodire illos, qui juxta Jeremiã conſilium fuiſſent ad Principes Regis Babylonis. Quare nihil pro ſcientia mediã.

XIII. Obſciant ſecundo, Chriſtus Luca 10. verſ. 13. & Matth. 11. v. 21. indicat, ſecognoviſſe, Tyrios, & Sidonios acturos fuiſſe poenitentiam, ſi ipſe coram eis ſciliſſet virtutes, & ſigna, quæ fecerat coram Bethſaida, & Corozain, & propterea Judæos increpat, tamquam inexcuſabiles, qui talibus viſis ſignis, & virtutibus, non egerint poenitentiam, his verbis: *Ve tibi Corozain, ve tibi Bethſaida, quia, ſi in Tyro, & Sidone facta fuiſſent virtutes, quæ facta ſunt in vobis, olim in illicio, & cinere poenitentiam egiſſent.* Atqui niſi hoc cognoviſſet per ſcientiam antecedentem omne Dei decretum actũ exiſtens, & conſequenter mediã, reprehentio illa Judæorum coram Tyriis foret injuſta; Ergo &c. Min. prob. Ut reprehentio male operantis in comparationem bene operantis juſta ſit, debet eſſe inter utroque æqualitas, in his ſaltem, quæ non proveniunt a propria voluntate, ut docet etiam Ariſt. 3. Topic. alias reprehentio poſſet juſte reſpondere: ſi æqualem alteri in his, quæ pendunt a tui voluntate, & neceſſaria ſunt, me ſciliſſe, & ego bene operatus fuiſſem, ſicut ille; ſed ſi Chriſtus cognoviſſet poenitentiam Tyriorum per ſcientiam ſupponentem decretum dandi converſionis gratiam Tyriis, ſub conditione, quod illis prædicaret, & non dandi eam Judæis, poſita apud illos eadem conditione, Judæi non eſſent æquales Tyriis in dono pendente a Dei voluntate, & neceſſario ad converſionem, & proinde poterat Chriſto reprehentio juſte reſpondere: ſi de nobis, ſicut de Tyriis, habuiſſet Deus decretum dandi donum converſionis, converſi eſſemus; & egiſſemus nos quoque poenitentiam, ergo &c.

XIV. Confirmatur. Ego increpatio abſoluta poſſet eſſe juſta, ſi quis cum ſolis ſufficientibus auxiliis non bene ſcit, non tamen erit juſta, ſi increpat illum comparative ad illum, cui datur etiam auxilium efficaci, quia ad hoc, ut increpatio ſit juſta, debet eſſe æqualitas inter extrema comparationis: ſicut ſi Dax exercitus uni ex militibus daret arma mediocria, & ſufficientia ad victoriam, alteri vero daret arma optima, & ad victoriam efficaciã, & infallibiliã. Poſſet quidem militem illum abſolute increpare, ſi vinci ſe permiſſet, ſed non in comparatione alterius, cui arma optima, & efficaciã dediſſet: poſſet enim juſte reſpondere: non eſt mirum, ſi ego victus ſum, illis illis arma conſulſiſti optima, & efficaciã ad victoriam, mihi autem ſufficientia quidem, ſed non efficaciã. Cum ergo Chriſtus increparet Judæos comparative ad Tyrios, ut juſta fuerit increpatio; dici debet, Judæos habuiſſe æqualia omnino dona, ac Tyrii habuiſſent.

XV. Confirmatur ſecundo. Si apud Tyrios, & Sidonios fuiſſent facta majora miracula, quam apud Cives Corozain, & Bethſaida, non fuiſſet juſta increpatio comparative; ſed gratia interior magis requiritur ad poenitentiam, quam exterior, quia ſunt miracula; ergo ſi ex defectu æqualitatis in gratia ex defectu æqualitatis, non poterat juſte increpari, minus ex defectu æqualitatis in gratia interiori.

XVI. Hoc ratiocinatio, cui ſcientia mediã tota conſidit, & quod multis modis inſtauratur conatur ejus Patroni, primo reſertur a D. Auguſtino, ut ſibi obſectum a Monachis Aduerſariis his verbis lib. de correct. & gratia c. 14. *Reſte correperit: ſi eam mea culpa non haberem (id eſt fidelem Dei & proximi charitatem) hoc eſt, ſi eam poſſem mihi dare, vel ſuam ipſe me facerem, vel ſi dante illo, ego accipere naliſſem.* Cum vero & ipſe voluntate a Domino preparatur, cur me corripiat, quia videt, me ejus præcepta facere velle, & non poſſe

ipſum regere, ut in me operetur, & velle? Et curſus cap. 6. aliam reſert ita reſpondentem, *poſſum, poſſum omnino, quando me arguit, quod ex bona vita in malum mea voluntate relapſus ſum, dicere addo: Quid ego feci, qui non accipi? Accipi enim ſcilicet, quæ per dilectionem operatur; ſed in illa uſque in finem poſſe poenitentiam non eſſe donum Dei, & hoc tam magnam bonitatem eſſe noſtrum, ut quiſquis id habuerit, non ei poſſit Apoſtoli dicere: Quid enim habes, quod non accipis? Ecce Sempelagianum ſate excuſantem, quod ideo non perſeveravit, quia perſeveravit donum in ſolis Dei poſitum poteſtate non accipit.*

XVII. Porro quid reſpondet S. Auguſtinus audiamus. *Ad hoc nos negare quidem non poſſimus, eam poenitentiam in bono poenitentem uſque in finem, magnam eſſe Dei munus, nec eſſe viſi ab illo, de quo ſcriptum eſt: Omne donum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum: Sed non ideo ejus, qui non poenſeravit, negligenda correptio eſt. Et poſt multa in hujus veritatis confirmationem ex ſcripturis petita, c. 7. ſubdit: Nec ſe excuſantem dicentem, ſicut modo dicunt, quare corripimus; ita tunc quare damnamus, quandoquidem, ut ex bono reverteretur ad malum, poenitentiam non accipimus, quæ permaneremus in nobis? Nulla modo hæc excuſatio a juſta damnatione ſe liberant. Et magis urgendo ſe proſequitur S. Doct. Si enim ſicut veritas loquitur, nemo liberatur a damnatione, quæ facta eſt per Adam, niſi per fidem Jeſu Chriſti, & tamen ab hac damnatione non ſe liberant, qui poterant dicere, non ſe audiviſſe Evangelium Chriſti, cum fides ex auditu ſit: quanto minus ſe liberant, qui dicitur ſunt: poenitentiam non accipimus? Juſtus enim videtur excuſatio dicens, non accipimus audientiam, quam dicentem, non accipimus poenitentiam: quoniam poſſet dici: homo in eo, quod audierat, & tenuerat, in eo poenſeravit, & velle nullo autem modo dicit poſſe, id, quod non audierat, credere, ſi vult. Si ergo nec ſi donum poenitentiam non acciperent, immo qui nec fidem audiverunt, juſte excuſare ſe poſſunt dicentes, donum a Deo non accipi, multo minus excuſare ſe poterant Judæi, qui, audito Evangelio, & viſis miraculis, venit ad Chriſtum, hoc eſt, in eum credere, noluerunt.*

XVIII. Nunc ad propoſitum argumentum in primis dico, illud ſolvendum eſſe ab omnibus Catholicis. Nullus enim Catholicus dicit, Tyrios, & Sidonios fuiſſe credituros, vel poenitentiam acturos, ex vi ſolis gratiæ externæ, nimirum audita ſola prædicatione, & viſis tantum miraculis, cum omnibus gratiam intrinſecam contra Pelagium faceret necesse ſit. Nec enim prædicatione fidei, etiam miraculis confirmata, eſt principium ſufficientis ad cauſandum aſſenſum fidei. Sed (ait D. Thom. 2. 2. q. 6. art. 1.) *Operet ponere aliam cauſam interioriorem, quæ movet hominem interiori ad aſſentendum hiis, quæ ſunt fidei. Hanc autem cauſam præſentiam poenitentiam ſcilicet liberam arbitrium hominis.* Sed Catholicæ oportet ponere aliquid principium ſupernaturale interioris movens. Et ideo fides quantum ad aſſenſum, qui eſt principalis actus fidei, eſt a Deo interiori movente per gratiam. Quibus conformiter loquitur lib. 3. contra Gen. cap. 15. & 154. Unde S. Auguſtinus lib. de Præſt. 33. cap. 6. & cap. 8. *Cum Evangelium (inquit) prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt: ſed qui credunt, prædicatione forniſſent inſonante, inus a Patre audivit, atque diſcunt. Qui autem non credunt, foris audivit, intus non audivit, neque diſcunt: hoc eſt, illis datur, ut credant; illis non datur. Quis nemo, inquit, venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. Joan. 6. v. 44. Et nemo poſſet venire ad me, niſi fuerit ei datur a Patre meo, ib. v. 64. Vel ergo datur erat Judæis, quod fuiſſet datur Tyriis, ut crederent, vel non. Si non fuit datur, ut reverã datur non fuit, alias de factis creditiſſent ergo Judæi non erant æquales, in eo, quod non in ſua, ſed in Dei erat poteſtate, & erat neceſſarium; ergo non poterat ſe excuſare dicentes: non credidimus, quia donum, quæ crederemus, & quod Tyrii accipiſſent, non accipiſſemus.*

XIX. Secundo, ſolvendum eſſe etiam ab urgente. Ipſe enim Catholicæ fieri debet, Tyriis datur fuiſſe gratiam vel phyſicæ, vel ſaltem moraliter majorem ea, quæ data fuit Judæis; nimirum gratiam congruam vel eis datur in illi circumſtantis favorabilibus, in quibus præviſi fuerant credituri. Cur ergo ſimiliter Judæi Corozaitæ a Chriſto exprobrandi ponere juſte non poſſunt? Si nobis daret gratiam congruam, ſicut eis dediſſet, vel ſi nos poſuiſſet in illis circumſtantis, quas favorabiles nobis fore prævidiſſet, quod in tua non in noſtra erat poteſtate, & quæ ad noſtram poenitentiam, neceſſarias prævidiſſet, in quibus Tyrii poſuiſſet, egiſſemus poenitentiam, & nos?

XX. Dicamus ergo omnes concorditer cum D. Auguſt. lib. de Præſt. 33. cap. 6. *diſcernendum eſſe in Tyriis credituris quid veniat de miſericordia ejus, & in Corozaitis incredulis quid veniat de judicio. Quod ſi juſte conqueri poſſent Judæi, eo quia non eſſet eis datur, ut crederent; viſis Chriſti miraculis: quid dicitur eſſent Tyrii, qui creditiſſent, quibus Chriſti prædicatione denegata eſt ita S. Proſper reſp. 8. ad excerpta Genueſi. Quare autem (inquit) hoc eis Tyrii negatum fuerit, dicant, ſi poſſunt, qui calumniatur? & oſtendat, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fuerit: & apud eos, quibus erant profutura non fuerit? & propterea concludendum cum eodem, quod, ſi rationem facti, & præſentiam judicii ejus ponere non poſſimus, maniſiſſime tamen ſcimus, & verum eſſe, quod dixit, & juſtum eſſe, quod fecit: & non ſolum Tyrios, & Sidonios, ſed etiam Corozain, & Bethſaida poſuiſſe converteri, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc*

ſi hoc in eis Dominus voluiſſet operari. Hic cum D. Auguſtino, & Proſpero deberemus omnes pro reſpoſitione argumenti eſſe contenti, neque ulterius in hoc negotio inquirere.

XXI. Verum, ut pro modo aliqua dicam, Reſpondeo ad argumentum principale, nego. min. ad prob. diſt. maj. æqualitas in his &c. quæ concernunt poſſe agere, conc. maj. in his, quæ concernunt agere actuã, nego. maj. Ut ergo increpatio comparativa juſta ſit, ſufficit, ut uterque æqualiter poſſit agere, & unus agat, alter non agat: æquales autem erant Judæi in gratia ſufficiente, & dante poſſe credere cum Tyriis, & ideo juſte increpatum, quod non fecerit, quod poſſet poenitentiam poenitere quidem eſſe, ſed non erat futura, quæ gratia Tyriis adhiſſet: dicendum cum Auguſtino, quod Deus cum Tyriis voluiſſet exercere miſericordiam, cum Judæis autem voluit exercere judicium. Quare hæc in re duplex poteſt inſtitui quaſto. Una, cur unus homo præ alio non conſentiat, quando uterque paribus auxiliis ſufficientibus prevenitur? Altera, cur unus præ alio vocetur auxilio efficaci, quod de factis convertitur? Prior quaſto reſolvitur per nolle arbitrii creati, auxilio ſufficiente præventi, juxta illud Oſez 13. v. 9. *Perdidit tua ex te, iſrael.* Et Prov. 1. v. 24. *Vocavi, & reſponſit.* Secunda vero ſolvenda eſt per velle, & nolle Dei, ſecundum dictum Oſez loco laudato, *ſanctum modo in me auxilium tuum.* Nec alia via poſſunt am ſolvere Adverſarii, cum ab eis queritur, cur unus præ alio vocetur his auxiliis, & in his occaſionibus, quibus eum conſenſurum prænovit per ſcientiam Deum? Niſi quia Deus ſi voluit: & ſic adoranda judica, & conſilia Dei ſb omnibus ſunt; nec alia querenda quæſta, niſi quia Dominus, quia nulli debitor, quia miſericors quidem eſt, ſed etiam juſtus.

XXII. Quamquam autem denegationis auxilii efficaciæ nulla ex parte Dei querenda cauſa eſt, niſi ejus voluntas, ex parte tamen poſſit inveniri poſſumus cauſam, quare denegatio talis gratiæ juſtum judicium ſit, nempe ingratiſſimam, reſiſtentiam, obſtinationem. Et hæc de cauſa auxilii efficaciã, quæ data eſt Tyriis, negata fuiſſe Judæis in peccato, dicere poſſimus. Hanc doctrinam tradit D. Thom. 3. contra Genes. cap. 159. ubi, cum ſibi oppoſuſſet, quod nobis opponitur, nimirum: *Cum homo auxilium divina gratiæ mereri non poſſet, nec ad Deum converteri, niſi Deus eum converteret, nulli enim impoſuerat, quod ab alio dependet.* Sic reſpondet: *Ad hujus ſubſtantionis ſolutionem conſiderandum eſt, quod licet aliquis per meritum liberi arbitrii inveniat gratiam nec promereri, nec acquirere poſſet: poſſet tamen ſe ipſum impedire, ne illam recipiat; dicitur enim de quibusdam, Job 21. dixerunt Deo: recede a nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Et Job 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Et cum hoc ſit in poſſeſſe liberi arbitrii, impeditur gratiæ receptionem, vel non impedire, non immerito in culpam impoſuitur, qui impedimentum præſtat gratiæ receptioni. . . ſicut Sole mundum illuminante, in culpam impoſuitur ei, qui oculos claudit, ſi ex hoc aliquid malum ſequatur: licet videre non poſſit, niſi lumine Solis præveniatur.*

XXIII. Verum, quia adhuc opponi poterat, quod licet in poſſeſſe liberi arbitrii eſſe, ne impedimentum gratiæ præſtat, competeſcit hiis, in quibus naturalis potentia integra fuerit, ſecus autem, ſi per inordinationem præſentem deſtinaverit ad malum: reſpondet S. D. lib. cap. 160. ſic. *Quamvis autem illi, qui in peccato ſunt, vitare non poſſunt, qui impedimentum gratiæ præſtat, vel poſſunt, niſi auxilio gratiæ præveniatur; nihilominus tamen hoc eis impoſuitur ad culpam, quia hiis deſectus ex culpa præcedente in eis reſiſtuntur: ſicut eorum ad homicidium non excuſatur, quod per ebrietatem committit, quam ſua culpa incurrit. Hæc D. Thom. qui deinde ſubjungit, quod homo in peccato exiſtens, licet non poſſit vitare omnia peccata, poteſt tamen vitare ſingula, eſto oppoſitum docuſſet in 2. ſen. diſt. 18. art. 2.*

XXIV. Procedens autem e. 161. ad inquirendum, quare Deus aliquos a peccato liberat, & aliquos in peccato relinquit; poſtquam oſtendit, quod, in quantum rerum ordo exigit, nullus, qui in peccato eſt, gratiam debet recipere; tamen quia Deus præter ordinem rebus induit operari poſſe, ſicut cum cæcum illuminat, vel inortuum reſuſcitatur: interdum ex abundantia bonitatis ſua etiam eos, qui impedimentum gratiæ præſtat, auxilio ſuo præveniit, avertere eos a malo & convertere ad bonum. Et ſicut non omnes cæcos illuminat, nec omnes languidos sanat, ut & in illis quæ curat opus virtutis ejus apparent, & in illis ordo nature ſervetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt, auxilio ſuo præveniit, ut averterent a malo, & converterentur ad bonum: ſed aliquos, in quibus ordo ſuam miſericordiam apparet, ita, quod in aliis juſtitiã ordo manifeſtetur. Hinc eſt, quod Apoſtoli dicit Roman. 9. *Volens Deus offendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtulit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, ut oſtenderet divitiis gloriæ ſuæ in vaſa miſericordie, quæ præparavit in gloriam.*

XXV. Deinde ſubjicit. *Cum autem Deus hominum, qui in eſſem peccati deſerunt, hoc quidem præveniit convertere, illos autem ſuſtinet, ſive permiſſet ſecundum ordinem rerum procedere; non eſt ratio inquirenda, quare hoc convertere, & non illic: hoc enim ex ſimplici ejus voluntate dependet, ſicut ex ſimplici ejus voluntate præſciſſet, quod cum omnia fierent ex nihilo, quodam ſcien ſunt illi digniora: & ſicut ex ſimplici diſpoſitione quædam vaſa format ad nobilitate uſus, & quodam ad ignobilitate. Hinc eſt, quod Apoſtoli dicit ad Rom. 9. An non habet poteſtatem ſignus luti ex eadem maſſa facere aliquid quidem vaſ in honorem, aliud vero in contumeliam? Per hoc ſententiam excluſit error Origene, qui dicebat, hoc ad Deum*

converteri, & non alios, propter aliqua opera, quæ anima eorum fecerant, antequam corporibus unirentur.

XXVI. Ex tota hæc Angelici Præceptoris doctrina ad intentum præſens colligitur, Judæos præ Tyriis fuiſſe a Chriſto objurgatos, eorumque incredulitatem merito illis imputari. Primo, quia licet non poſſent fidem concipere, niſi auxilio gratiæ præveniatur, hoc tamen recipiendo propria obſtinata voluntate impedimentum poſuere. Secundo, quod eſto ſane tali obſtinatione non poſſent non ponere impedimentum gratiæ, adhuc tamen eis imputatur, quia ex culpa præcedente hoc in eis relictum fuerat: ſicut nec ebrius excuſatur a malo in ebrietate commiſſo, quia in eam ſua culpa incurrit. Tertio, quod licet impedimentum poſit gratiæ, ſpectato ordine rerum, non debet gratiam recipere; & ſi Deus illum ei largiatur, agit præter ordinem rerum, ſicut cum cæcum illuminat. Et ſicut, cum non omnes cæcos illuminat, qui non illuminantur, non poſſunt juſte conqueri; ſic peccatores, qui gratiam converſionis non recipiunt. Quarto, quod non eſt querenda ratio, cur hos præveniit gratia, & convertat, alios vero non, & permiſſet eos ſecundum ordinem rerum procedere, ſicut nec eſt querenda ratio a Deo, cur ex nihilo aliqua fecerit illis digniora, nec ab artifice, cur aliquod vas ex eadem maſſa fecerit in honorem, aliud in contumeliam. Quinto tandem, dum reprehentio Origenem, quod diceret, homines a Deo converti propter bona opera, quæ anime eorum fecerant, antiquum corporibus unirentur, fatiſ indicat, eos, nec a Deo converti propter bona opera, quæ præviſi fuerant facturi, & conſequenter ſcientiam mediã proſuſ abſcere.

Ad primum conſirm. nego. maj. Ad juſtam enim increpationem ſufficit æqualitas in auxiliis ſufficientibus, quæ in Judæis validiora fuerunt, nedum æqualia. Quare exemplum de gladio non eſt ad rem, quia fortiori gladio Judæi donati fuerunt, ſed quia male uſi ſunt, & quia impedimentum poſuerunt gratiæ danti bonum uſum, quod Tyrii non poſuſſent, ideo juſte, etiam comparative, fieri debet inter inſtruſtos æquali gratia tam habituali, & ſufficiente, quam actuali, & efficaci. Qui enim Joan. 6. non credidit, non grant conſiliis ſub eodem gratia, in qua erant alii, qui crediderunt, cum ſiles fit donum Dei, quod illis datum erat, non illis. Et Moſes fit Deuterom. 29. v. 21. arguit Iſraelitas, quod tot viſis prodigiis non crediderint, *Veriſſime univerſa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Egypti; & tamen Deus non dederat illis gratiam ea intelligendi; unde ſubdit v. 4. & non dedit vobis Dominus cor intelligens.* Quis neget juſte increpari poſſe Judæum præ Petro, Cæſariam præ Abele? qui autem dicit, omnes imos pari gratia, etiam efficaci, fuiſſe inſtruſtos? immo ſi ad comparativam increpationem, & laudem requireretur æqualitas in omni gratia, etiam dante actum, omnes de facto agerent; ergo non eſſet amplius locus ulli increpationi. Obſectum ergo juſte increpationis formale eſt teneri, & poſſe; agere vero, & non agere, eſt obſectum pure materiale. Nam non agere reprehentio dignum non eſt, niſi in eo, qui tenetur, & poſſet.

Ad ſecundam conſirm. nego. maj. Nam quamvis apud Tyrios facta fuiſſet majora miracula, dummodo tamen Judæi in gratia intrinſeca dante poſſe æquales fuiſſent, juſta eſſet eorum increpatio etiam comparative.

DUBIUM V.

An ſcientia mediã favoreat Sanctiſ Auguſtino?

S. I.

Reſolutio negatiã.

I. D. V. Auguſtinum ſcientiã mediã patrocinatum non fuiſſe probant primo teſtimonia Adverſariorum. Pater Molina ſuperius relatus §. 1. ſcientiã mediã inventorem fuiſſe dicit, etiam D. Auguſtino fuiſſe ignorantem, & propterea ejus doctrina tot in Eccleſiã excitatores fuiſſe tamulſe aſſerat. Alii ejuſdem ſcientiã mediã proſeſores de S. Auguſtino obloquuntur ejuſdem doctrinã pari pendunt. P. Vafquez 1. p. diſp. 97. cap. 10. num. 19. & 20. ſuſpecti habet teſtimonia Proſperi, & Fulgentii, eo quod fuerint Auguſtini diſcipuli, Jo. Mariana lib. 3. de morte, & immortalitate cap. 6. dicit, quod Auguſtinus argumentis victus non prædeſtinationis formam invenit. Quidam ejus auctoritatem elevant dicentes, non pauca eſſe in Auguſtino dogmata, quæ vel univerſe Eccleſiæ, vel Theologorum omnium, aut multorum, nec inſimi ſubſeſſi, judicio reprobantur. Miſeram fore Eccleſiam, ſi Auguſtini placitis obſtricta maneret. Auguſtinum Juliani Pelagiani argumentis non fatiſſeſſe. Auguſtini ſcripta tenebris, & nubibus involuta eſſe, ejuſdem doctrinã intricatam, & ſecum ipſam pugnantem. In conſultu contra Pelagianos Auguſtinum eſſe in exceſſu periculoſo præcipiſſe; cum exceſſu loquutum eſſe in materia de gratiã & prædeſtinatione. Hæc & ſimilia videri poſſunt apud Antonium Reginaldum lib. de mente Tridenſi. circa gratiam articulum p. 1. cap. 52. column. 502. 503. qui hoc S. Auguſtini Encomiãſtas nomine recentet, loca indignitat, & verba reſert.

II. Probatur ſecundo, eo quod omnia ea, quæ ſcientiã mediã Patroni pro ea oſtendenda accumulavit, fuerunt olim a Maſſilienſibus obſecti. D. Auguſt. nimirum, poſita gratia de ſe, & non ex ſola præviſione, efficaciã, antecedente voluntate, tolli liberum arbitrium fruſtraretur, & anteaſſe voluntate rationes ſc. induci homines in deſperationem, Patres Græcos eſſe contrarios, & alia, quæ in epistolis Proſperi, & Hilarii reſtantur. Quibus omnibus Auguſtinus reſpondit.

III. Probatur tertio hoc dictum. Scientia media fuit S. Augustino propolita a S. Prospero, & Hilario in suis epistolis ad ipsum data; sed S. Augustinus sibi propolitam recusavit; ergo S. Major, & Minor probande sunt. Major quidem: nam in epist. lib. de Præd. SS. præfata S. Prosper D. Augustinus exponit, ex Incubationibus ejus, quas in libro de correctione, & gratia conscripserat, multos in Galliis, & Massiliæ præsertim officios fuisse. Novam esse de Prædestinatione secundum propolitam doctrinam. Neminem autem, ut ipse, locos Pauli fuisse interpretatum. Eorum autem sententiam regentes ait D. Prosper: *Hæc ipsorum definitio, ac professio est...* Qui creditur fuisse, sed in ea fide, qua deinceps per Dei gratiam se juvanda, mansuri sunt, præfisse ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratia vacante dignos futuros electione, & de hac vita bona sine excessu esse, præviderit. Loqui autem de præsentia ante propolitam, five de ceterum, præfata verba manifestant, quia propolitam antecedens præsentiam, tamquam dans occasionem temporis, ac removens omnem indulgentiam condemnant, ut ostendunt ea, quæ D. Prosper subiungit. De parvulis etiam idem, S. Prospero teste, dicebant, *Tales, agunt, perdit, talesque salvantur, quales fuerit illos in annis majoribus; si ad activum servaverunt statum, scientia divina præviderit.* Gratiam comitem meritorum, non præviam, assererebant. Nec considerant (inquit) se gratiam Dei, quam comitem, non præviam humanam volunt esse meritorum, etiam illi voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasiam, non negant esse præviam. Asserebant insuper, quod ideo quis adjuvatur, quia vult, non ideo vult, quia adjuvatur. Quod ceu Pelagianismi reliquias detestatur S. Prosper dicens: *In istis Pelagiani præviam volunt, non medicis violentia fibra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur; si divina voluntas impie voluntas humana præferatur; ut ideo qui adjuvatur, quia vult, ut non dicit, quia adjuvatur, vult. Et tandem rogat S. Augustinum, ut propolita capita solvat: nimirum, an præsentia Dei quæ secundum propolitam maneat, ut ea ipsa, quæ sunt præfata, sine accipienda præfata... an liceat divinam præsentiam a propolito responsi distinctione non posse, præsentiam tamen quædam ordinem sine fuisse præfata. Et tandem opinionem Massiliensium repetens: *Pene omnium (inquit) parvenerunt, & una sententia, quæ propolitam, & prædestinationem Dei secundam præsentiam separant, ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumelie fecerit, quia fidem uniuersisque præviderit, & sub ipso gratia adiutorio, in qua futurus esset voluntate, & actione præfata. Celebre est etiam Pauli Rejensis axioma lib. 2. de gratia, & lib. arb. cap. 3. Nisi præsentia exploraret, prædestinationem nil decerneret: & præsentia, ea, quæ de hominum meritis factura sunt, non ut eventum exigat, sed eventum præcurret, t. 8. Biblioth. PP. Lugdunensis. exposita ergo fuit, & consequenter nota scientia media, & principii eidem, quibus eam Moderni tuerent, fuit a Massiliensibus defenata. Eadem, quæ S. Prosper, exponit S. Hilarius.**

IV. Minor vero, quod scientiam mediam, seu præsentiam exploratricem ante decretum reprobarerit S. Augustinus, multis modis evincitur. Et primo quidem. Nam cum S. Hilarius in sua præcitata epist. retulisset S. Augustino, Sempelagianus fiam præsentiam, etiam ipsius auctoritate defendere; his nimirum, quæ epist. 102. n. 49. contra sex questiones a Porphyrio propolitas q. 2. n. 14. ipsemet Augustinus conscripserat, videlicet: *quæ voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando scilicet, & ubi scilicet voluit, qui in eum fuerant credituri.* Poliquam S. Doctor retulit omnia, quæ contra Porphyrium dixerat laudato loco, de tempore Christianæ Religionis, respondit lib. de Præd. SS. c. 9. perperam Sempelagianus inde inferre, eum admisisse præsentiam divinam decreta anteriorem: immo illam eidem subnixam intendisse, affirmat his verbis: *Cernitisne, me sine præsentia Dei dicere voluisse, aliorumque casuram, hoc de præsentia Dei dicere voluisse, quod convincenda paganos in infidelitatem, qui hæc objectam questionem, sufficere viderentur? Quid enim est verius, quam præfisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? sed utrum prædicato sibi Christo, a se ipse habituri essent fidem, an Deo danante sumpturi, istud, utrum tantummodo eos præficeret, an etiam prædestinaverit Deus, quære, atque differere tunc necessarium non putavi. Proinde quæ dixi: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando scilicet, & ubi scilicet, & ubi scilicet, qui in eum fuerant credituri: præfisse etiam se dixi: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando scilicet, & ubi scilicet, qui in eum fuerant credituri: sed utrum prædicato sibi Christo, a se ipse habituri essent fidem, an Deo danante sumpturi, istud, utrum tantummodo eos præficeret, an etiam prædestinaverit Deus, quære, atque differere tunc necessarium non putavi. Proinde quæ dixi: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando scilicet, & ubi scilicet, & ubi scilicet, qui in eum fuerant credituri: præfisse etiam se dixi: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando scilicet, & ubi scilicet, qui in eum fuerant credituri: sed utrum prædicato sibi Christo, a se ipse habituri essent fidem, an Deo danante sumpturi, istud, utrum tantummodo eos præficeret, an etiam prædestinaverit Deus, quære, atque differere tunc necessarium non putavi.*

V. Secundo idem confirmatur ex iis, quæ docet eodem lib. de Præd. SS. cap. 10. Prædestinationem (inquit) sine præsentia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præsentia; & explicans quomodo: *Prædestinationis quippe Deus ea præficit, quæ fuerat ipse facturus. Unde dictum est: fecit quæ futura sunt. Præfisse autem potens est etiam, quæ ipse non facturus erat, sed per alios facturus. Quæ ipse non facturus erat, sed per alios facturus. Quæ ipse non facturus erat, sed per alios facturus. Quæ ipse non facturus erat, sed per alios facturus.*

Et, ut indicaret, prædestinationem quoque præfisse ea, quæ ab homine faciendi sunt: *Quando ergo (inquit) promissit Deus Abraham in semine ejus fidem gratiam dicens: Gen. 17. v. 5. Patrem multarum gentium posui te: unde dicit Apostolus Rom. 4.*

16. ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni femini: non de nostra voluntate potestatem, sed de sua prædestinatione promissit. Promissit enim, quod ipse facturus erat, non quod homini. Quis est faciens homines, quæ perinet ad eandem Deum; ipse facit, ut illi faciant, quæ præcipit, non illi faciant, ut ipse faciat, quod promissit, alioquin, ut Dei promissio compleretur, non in Dei, sed in hominum esset potestate, & quæ a Domino promissum est, ab ipse redditur Abraham; non autem sic credidit Abraham; sed credidit dans gloriam Deo, quoniam quæ promissit, potens est, & facere (Rom. 4. v. 20.) non ait prædicare, non ait PRÆSCIRE; nam & aliena facta potest prædicare, atque præfisse; jam per potens est, & facere: ac per hoc facta non aliena, sed sua. Si autem scientiam mediam approbasset, debuisset Augustinus dicere, quod Deus promissit Abraham fidem gentium, quam præviderat, gentes ex femine suo orturas esse habituras, ac proinde, non quod ipse facturus esset, sed quod homines, non de sua, sed de hominum potestate, ut scientia media principia pensanti confabul.

VI. Clarius autem eodem lib. cap. 17. & cap. 19. ubi negat, Deum ideo elegisse ante mundi constitutionem, quæ præficerit futuros bonos: Unde Sempelagianos rejiciens ait: *Ipsi enim putant, acceptis præceptis, jam per non ipse: liberi libera voluntate arbitrio factos, & immaculatos in conspectu Dei in charitate: quod futurum Deus quoniam præficerit, inquit, ideo nos ante mundi constitutionem elegit, & prædestinavit in Christum: quibus ita respondet: cum dicit Apostolus, non quia fuerat: tales non esse præficerit, sed ut essent tales per ipsam electionem gratia sua, quæ præficerit, non in electis filio suo. Cum ergo nos prædestinavit, ipse sum præficerit, quo nos factos, & immaculatos facit.*

VII. Scio, communitate ponderari a contrariis, S. Augustinum damnavisse in Sempelagianis abusum scientie medie, non usum, & substantiam. Illi enim ea abutebantur: ac si Deus prævideret quid acturi essemus ex nobis sine ipso, poneret ex nobis initium fidei; hoc autem Meditæ non dicunt, sed solum præfisse Deum, quod acturi essemus sub tali, vel tali gratia.

VIII. Sed contra. Nam esse contendere nolim, eodem genere, & modo, quo utuntur Meditæ, usos fuisse, seu abusus præsentia Sempelagianis contendo tamen, S. Augustinum negasse, nedum abusum, seu usum, & a Deo omnem præsentiam ante propolitam relegate. Nam, quod quid sit, an Sempelagianii poluerint in Deo præsentiam qua, quid acturi essemus sine ipso, & sine gratia, præviderit Deus: Cujus tamen contrarium exponit S. Augustino Prosper supra relatus, dum ait, eos sentire, quod Deus alios vasa honoris, alios contumelie fecerit: quia sine uniuersisque præviderit, & sub ipso GRATIÆ ADIUTORIO, in qua futurus esset voluntate, & actione, præficerit: Dico, quod si prælaudata S. Augustini testimonia abique præjudicio quis perpendat, dignoscat, S. Doctorem, & abusum, & usum, & modum, & substantiam scientie medie a Deo rejicere. Non solum enim negat, Deum nos præfisse, quia eramus facti, sed affirmat, Deum nos præfisse, ut essemus facti, ea præsentia, qua nos prædestinavit, præfisse de sua, non de hominis potestate, quæ ipse facturus erat, non quod homines. Respondens ad ea, quæ obiciebantur, ut a se dicta contra Porphyrium, nimirum Christum præfisse, qui, & quando fuerant in eum credituri: dicit primo, hoc se dixisse, sine præjudicio lætæ conscientie Dei: dicit secundo, lacens illud Dei testimonium, cuius ad Paganos respondens non meminit, esse certum prædestinationem eorum, qui electi fuerant ante mundi constitutionem, Meditæ autem dicunt, Deum præfisse, nos, non ut essemus facti, sed quia futuri eramus, nempe consensuri tali, vel tali auxilio: non ea præsentia, qua nos prædestinavit, sed præsentia advertente, & dirigente prædestinationem.

IX. Præterea lib. de dono persever. c. 19. regulam generalem statuit, quod quando apud aliquos verbi Dei tradiderit legimus Dei præsentiam, & agitur de vocacione electorum, eandem prædestinationem intelligere, nihil nos prohibet, & præfisse idem est, ac prædestinare, sed hæc regula est omnino falsa, si daretur aliqua præsentia exploratrix ante decretum, & prædestinationem: ergo &c.

Uterius S. August. huic principio nititur: Deum non videre res futuras, quæ futura sunt: sed ideo res futuras esse, quia videt illas Deus: quod principium scientie medie principii est directæ oppositum.

Item, ut solvat difficultates libri a SS. Prospero, & Hilario propolitas circa concordiam libertatis, & gratiæ, nunquam recurrit ad scientiam mediam; quam cum non ignorasset, ea certe usus fuisset, eam ad rectum usum trahendo, si veram credidisset. Immo tantum abest, ut ad componendam gratiam cum libertate unquam ad prævisionem circumstantiarum confugiat, quin potius in Enchiridio cap. 97. super illa verba Christi Matth. 23. v. 37. *Quæris volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos, & nati sunt. Quasi admirans: Et ubi (inquit) illa omnipotencia, qua in Cælo, & in Terra, omnia quæcumque voluit fecit, si colligere filios Jerusalem voluit, & non fecit? An potius illa quidem filios suos ab ipso colligi voluit, sed ea quoque nolente filios ejus colligere, quos voluit? quid in Cælo, & in Terra, non quædam voluit, & fecit, quædam vero voluit, & non fecit? Sed omnia quæcumque voluit, fecit. Quis porro tam impie disputat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluit, ubi voluit, in bonum nos posse convertere? sed cum facit, per misericordiam facit, cum necem non facit, per iudicium non facit, quoniam cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Hanc vero Omnipotentiam, qua Deus potest malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, & ubi voluerit, convertere in bonum, a Deo tolli;*

si, si, ut ad bonum converterat, teneatur prius explorare voluntatis consensum, infra ostendemus.

X. Tandem scientie medie usum aperte rejicit ibidem, ubi post allata Pauli verba Roman. 9. qui, cum disisset, Deum dilexisset Jacob, & Esau odisset, antequam quidquam boni, aut mali essent, prævidens, hoc posse permovere eos, qui hanc altitudinem gratie penetrando intelligere non possunt, quasi contra ea, quæ dixerat, obijciens: *Quid ergo dicemus? inquit, nunquid iniquitas apud Deum? Iniquum enim (subdit August.) videtur, ut sine ulla bonorum, malorumque operum meritis, nomum Deo diligit, odisset alterum. Quid ergo respondit Paulus? hic certe beneficio scientie medie abstergi posset a Deo omnis iniquitatis suspicio, dicendo, Deum dilexisset Jacob, & odisset Esau, quia unius bona opera, quæ facturus erat, alterius vultem mala prævidens. Quid ergo Paulus respondet? aliter. Deinde dicta confirmans subdit: *Mysi enim dicit Exod. 33. 19. Miserebor, cuius miserus ero, & misericordiam præstabo, cui misericoi fuerit. Quare D. August. Paulum exclusisse omnem scientiam exploratricem observans ait: Quæ in re si futura opera, vel bona hujus, vel mala illius, quæ Deus utique præficerit, vult intelligi, nequaquam dicere, non ex operibus, sed dicere, ex futuris operibus, eoque modo istam solvere questionem: immo nullam, quam solvi opus esset, faceret questionem. Ecce D. August., immo & D. Paulum non recurrentes ad scientiam mediam, ut salvent, gratiam, est præventionem bonorum operum prævisionem, non arguere in Deo iniquitatem, nec alia absurda, quæ congeriant olim Sempelagianis, & modo scrupulum ingerunt Meditæ.**

XI. Ex his præfata manet altera Adversariorum responsio, nempe S. August. loqui de futuris abolutis, non vero de conditionatis. Nam in primis loquitur de illis futuris, & de ea prævisione, qui innitebantur Sempelagianis, & de quibus a SS. Prospero, & Hilario, consulebatur, alias ad rem non respondisset; sed Sempelagianis de futuris, & de scientia conditionatorum loquebatur, quibus beneficio concordare volebant decretum laudatis, approbaretque. Verba Cælestini referet S. Prosper lib. contr. Collatorem c. 21. nimirum, *Augustinum sanctorum recordationis virum, pro vita sua, atque pro meritis, in nostra semper communione habuimus; nec unquam bono iustitæ suspitionis solum videri aspersit, quem tanta scientia illius fuisse meminimus, ut inter magistros optimos, etiam a meo accessibus habuerit. Cui encomio plaudens, ac propterea Cælestinum laudans S. Prosper: Per hunc (inquit) virum intra Gallias, istis ipse, qui sancta memoria Augustini scripta reprehendunt, malevolentia est adempta libertas; quando consilium actionis suscepit, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oportere de eorum auctoritate sentire, sancto manifestavit eloquio &c.*

XII. Nec juvat respondere, S. Doctorem nunquam asserere, scientiam futurorum, quam admittit, supponere decretum actus, & absolute in Deo existentem: unde bene potest interpretari de decreto quæ est, cum quæ scientia media consistit.

XIII. Nam contra hoc stant textus allati, quibus manifeste offendit præsentiam Dei, etiam conditionatorum, supponere latens consilium Dei, prædestinationem, & electionem, ut lib. de præd. SS. sup. laudato cap. 9. & 10. ubi ait, Deum ea, quæ fuerat ipse facturus, prædestinatione præfisse. Et de dono Persever. c. 17. addit hæc dona Dei, si nulla est prædestinatio, quam defendimus, non præficeretur a Deo: ergo live in statu absoluto, five conditionato, si nulla est in Deo prædestinatio, nec acta voluntate, non fuerant in Deo. Deinde, cum Contrarii dicunt, ad hoc, ut Deus sciat futura conditionata, requirit decretum, quod esset, non quod actu esset, vel istud decretum, quod esset, revera conducit ad hoc, ut certo a Deo sciantur futura illa conditionata; vel non conducit, ut actu sciantur, sed solum ut purificata conditione res illa ferent. Si respondeant, quod non conducit, ut sciantur; Quare illud ad certam Dei præsentiam conditionatorum requiritur? Quare Augustinus rogatus a Prospero, ut respondeat, an præsentia initiatorum decreto, an decretum præsentia, respondeat præsentiam innoti decreto, non quod fit, sed esset (ut volunt Adversarii) si hoc decretum, quod esset, nihil conducet ad scientiam? nonne idem esset ac dicere: ad præsentiam requirit decretum, quod ad præsentiam nihil conducit? Rursus si nihil conducit, quare dixit, ut supra, hæc dona Dei, si nulla est prædestinatio, non præficeretur a Deo? Si respondeant, decretum quod esset conducere ad certam præsentiam conditionatorum; Contra fit. Illud decretum quamdiu consideratur, ut hibendum, si poneretur conditio, nondum est infallibile, quod habebitur, quia liberum est, & potest Deus non habere, etiam post illa conditione. Unde ergo certitatur Deum de illo decreto, quod habebitur, seu habebitur? Nam quia illud decretum, non puto. Alioquin iam præsentiam supponeret actu in Deo factum decretum deponendo in illa occasione decreto, & proinde præsentia illa non pertineret ad scientiam mediam, sed ad liberam, & rursus eadem ratione potest admitti ipsum decretum de facto haberi? Ergo supponere debent nullum de facto esse in Deo propolitam de tali decreto habendo. Quod si Deus nec decretum habet, nec determinationem de decreto ponendo in tali occasione, manet ergo in suspensio, & indecism apud Deum aliquid, a quo dependet, ut certo sciat ea futura, nempe decretum. Unde ergo poterit certum iudicium de illis determinate futuris ferre, non adhuc certo ponendo eo, quod ad ea scienda de facto conducit? recte ergo dicebat S. August. de dono persever. cap. 17. supra relato. *Hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, quam defendimus, non præficeretur a Deo: præficeretur autem: hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus.*

Quæst. in hac materia sit D. Augustini auctoritas?

XIV. Porro ut quisvis noverit, quam merito in investiganda mente S. August. immoratus fuisse; operæ pretium exillimo hic palam facere, quanti semper habita fuerit apud Ecclesiam Christi in hac materia Augustini auctoritas, & doctrina. Augustinus hæretic caput adversus divinam gratiam extollenti Augustinum opposuit Deus, quemadmodum Ariane pesti pro tuenda Filii Dei Divinitate opposuerat Athanasium, Pelagio, & Cælestio primi obstituerunt Patres Concilii Carthaginensis, & Milevitani, inter quos primas partes habuit S. Augustinus, quorum Canones ex S. Augustini libris passim expressi, Romanque missi, ab Innocentio tunc fedente probationem, & confirmationem reportarunt: ut ex epistolis inter Augustinianas 91. nunc 181. 93. nunc 182. & 96. nunc 183. Præter communes, particulares quoque epistolæ Innocentio scriptæ S. Augustinus, ad quem una cum causæ instrumta ipsum etiam librum de natura, & gratia transmissi, quæ omnia ejusdem Innocentio, sicut & Zolimo ejus in Romana Sede Successoris, approbatione munita sunt, ut ex Augustini. ep. 106. nunc 186. ad Paulinum colligere licet. Benefactus Zolimo succedens, Augustinum non coluit modo; sed uti Ecclesie Oraculum habuit, a quo etiam contra divina gratiæ hostes responsa peteret. S. Memoria Patris Bonifacii (inquit S. Prosper contra Collatorem cap. 21. ubi apologiam pro libris S. Augustini texti) ... cum esset doctissimus, adversus libros ramos Pelagianorum responsa poscebat.

XV. Verum præ omnibus S. Augustini, ejusque doctrina de gratia Dei defensorum sese exhibuit Cælestinus I. Cum enim, S. Augustino e rebus humanis exempto, adversus ejus doctrinam in Galliis obtrederet, & calumniosiores non pauci inflexissent, re a D. Prospero, & Hilario personaliter Romam delata, novo eam, ac simul Personam Augustini decreto laudatis, approbaretque. Verba Cælestini referet S. Prosper lib. contr. Collatorem c. 21. nimirum, *Augustinum sanctorum recordationis virum, pro vita sua, atque pro meritis, in nostra semper communione habuimus; nec unquam bono iustitæ suspitionis solum videri aspersit, quem tanta scientia illius fuisse meminimus, ut inter magistros optimos, etiam a meo accessibus habuerit. Cui encomio plaudens, ac propterea Cælestinum laudans S. Prosper: Per hunc (inquit) virum intra Gallias, istis ipse, qui sancta memoria Augustini scripta reprehendunt, malevolentia est adempta libertas; quando consilium actionis suscepit, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oportere de eorum auctoritate sentire, sancto manifestavit eloquio &c.*

XVI. At quia, ut ait S. Prosper laudatus, contra istam clarissimam laudationis rationem, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem non deerant, qui auderet malignæ interpretationis marmor omittere, ... ut scilicet, quia in epistola Papa (Cælestini) librorum, pro quibus actum est (nimirum de Prædestinatione SS. & dono Perseverantiae) non expressis est titulus, hinc eos apparent non probatos; & istum in S. Augustinum laudationem pro auctoritate scriptorum meritis fuisse collatum. Prosequitur S. Prosper ostendens, quod si priora Augustini scripta a Cælestino ejusque Prædecessorum laudata sunt, consequens est, ut & ista posteriora eadem laude celebrata sint. Concluditque: *Et si in omnibus operibus, multisque aliis... idem doctrinæ spiritum, eandem prædicationis formam præfisse; agnoscent calumniosiores, superfluis se obstitere, quod his libris, non spectatis, neque discretum testimonium sit perhibendum, quorum in causis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim Sædes, quod a persequitis sibi non discrepat, cum persequitis probat, & quod iudicio jungit, laude non dividit.*

XVII. Omnem tamen de Cælestini encomio abunde dubitetate Hormisdas Papa epist. ad Possidorem. Cum enim ob Fausti Rejensis, seu Regiensis Episcopi libros totus Oriens in partes discissus esset, quidque de divina gratie controversis Romana Ecclesia sentiret, ambigerent, rescriptis Hormisdas, de libero arbitrio, & gratia Dei, quid Romana, hæc est Catholica sequatur, & servet Ecclesia, in variis libris S. August. & maxime ad Possidorem, & Hilarium scriptis, memoratis fratrum legendis ingerere, quorum mentionem beatus memoria Hormisdas Sædis Apostolicæ gloriosus Antistes in epistola, quam consulerit se sancti fratris Consecratoris nostro rescriptis, cum magno præconi Catholice laudis inseruit.

XVIII. Felix quoque IV. suorum Prædecessorum exempla secutus, ut lites de divine gratiæ auxilio, quibus per annos plus minus centum Ecclesie Gallicanæ facta fuerat, tandem componeret, sententias viginti quatuor, ex S. Augustini libris ferre omnes excerptas, ad S. Cæsarium Arlesanensem transmissit, in Canones transferendas, & ab Ecclesie illius Episcopis subscriptione acceptandas. Quod factum fuisse liquet in Synodo Araucanica secunda, cujus Canonem, nedum Episcoporum, sed & Laicorum nobilium acceptiones firmat S. Augustini sententias spirant. Unde Bellarminus filigillum Societatis Sydus lib. 2. de gratia, & libero arbitrio. cap. 11. ait: *Post illa Cælestini tempora, cum nondum factis illa Gallorum quæ fecerit, S. Leo Pontifex (verius dixisset Felix IV.) missi ad*

Concilium Arausicum circa capitula de gratia, & libro ar-
bitrio, ex libro S. Augustini verbis excerptis, qua voluit ab
Episcopis illis recipi, & subscribi, ut etiam factum est. Porro
in illis capitulis continentur omnia fundamenta sententia de pre-
destinatione gratuita, ut non possit ullus predestinationem nega-
re, nisi velit illis capitulis consentire.

Addit laudatus Bellarminus, quod S. Gelasius in Concilio
Episcoporum non solum probavit omnia scripta S. Augusti, & S.
Prosperi, sed etiam contra damnavit libelli Jo: Cassiani, &
Fausti Rejesii, cum contra non ignoraret, potissimum consenti-
entem inter Presbiterum, & Callianum, & deinde inter Fulgen-
tium, & Taulinum de scriptis S. Augusti, de Predestinatione. SS. &
sine Predestinatione fuisse. Hec Bellarminus.

XIX. Nec minori studio S. Augustini doctrinam confirma-
runt Bonifacius II. & Joannes II. Primus quidem episc. ad
Casarium Arlatensem, qua Synodi Araucanica decreta confir-
mat. Cum enim acceptis a Felice pater memorato capitulis, ali-
qui Episcopi acquiescent, quidem cetera bona ex Dei gratia
provenire consentientes, fidem tamen, qua in Deum credimus,
naturae esse vellent, non gratiae, postulabat Celsarius, ut Sedis
Apostolicae auctoritate firmaret eam fidem rectam, & totius
bonae voluntatis initium per praesentem Dei gratiam
inspirari. Cui Bonifacius respondit: Cum de hoc re multi Pa-
treres, & praeter ceteris Deas recordationis Augustinus Episcopus,
sed & majores nostri Apostolicae Sedis Antistites ita ratione
probaverunt differuisse laetissima, ut nulli ulterius deberet esse ambi-
guum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia, superseden-
dam duximus responsione multiplici. Et infra: Certum enim
est, atque Catholicum, quia in omnibus bonis, quorum caput est
fides, nolentes nos adhuc misericordia divina praevincant, ut vo-
lentes, in se nobis, cum volumus &c. Joan. etiam II. episc. 3.
ad Senatores, Sanctus (inquit) Augustinus, cujus doctrinam
secundum praeforum morum fastuosa, Romanae sententiae, & ser-
vatae Ecclesiae. Substantur ceteri Romani Pontifici Gregorius
Magnus lib. 10. episc. 37. ad Innocentium Africa Praefectum, pe-
tentem sibi transmitti codicem suum expositi Super Job. Si de-
bitis (modeste inquit) capitis pabulo saginari, brati Augustini
pariter vestri episcopi legere, & ad comparationem stiligine il-
lius, nostrum fuisse non queratis. Agatho in sexta Synodo
relatus Augusti. vocat praesentem veritatem Praedicatorum,
Martinus I. eximium Ecclesiae Catholicae Doctorem. Adrianus I.
Praecipuum Patrem, & optimum Doctorem. Leo IX. Beatum,
& Catholicum Doctorem, in Latinae linguae clarissimum, atque
nostrum Christofolum. Aliis, quos recensere tedium foret,
adde Jo: XXII. constit. 2. Urban. V. in diplomate translatio-
nis D. Th. quem potissimum laudat, quod Augustini vestigia
fideliter presserit.

XIX. Eapropter merito Clemens VIII. initio Congregationis
de Auxiliis divinae gratiae hanc primariam legem posuit,
ut cuncta ad S. Augustini mentem exigerentur. Quamvis (in-
quit in Prolusione disputationum) nemini, nisi Deo, rationem
reddere debeant vocarum altissimum, dicam tamen in praesentia
rationem rationes, propter quas adstringere statim totam hanc dis-
putationem ad normam doctrinae Augustini de Gratia.

Prima est, quod se esse D. Prosperi, fore initio libri contra
Collatorem, viginti annorum spatio Ecclesia Catholica acies in
dimicavit pro gratia contra Pelagianos, ut tandem Augustinus Du-
ce victoris, & optinet etiam, ut in causis consimilibus eundem Duce
noscentiam, & sequantur.

Secunda est, quod idem Sanctus nihil videtur praeripuisse
eum, quod ad praesentes controversias pertinet &c.

Tertia tandem ratio est, quod cum multi Pontifices, & Prae-
dicatores nostri doctrinae S. Augustini tam acres fuerint assero-
res, ac vindices, ut quasi hereditario jure eam in Ecclesia re-
linqui voluerint, eam non esse, ut patiam, illam hanc heredi-
tatem privari. Hec Clemens VIII.

XX. Et tandem Bened. XIII. feliciter sedens, cum audisset,
erroribus a fed. record. Clemente XI. per Constitutionem, &
quae incipit: Unigenitus Dei filius: rejectis, damnaque, Au-
gustinianae, & Angelicae doctrinae nomen obtendi, suis litteris
6. Novemb. 1724. datis, postquam declaravit discipulorum D.
Augusti, & Thom. causam in hac parte a Sanctae Sedis ratio-
nibus se junctam esse non posse, & quod aliquae prorsus, ca-
lumniosaeque interpretationes ad confundendam memoratae con-
stitutionis invidiam temere excogitatae fuerint: Ad fideles SS.
Augustini, & Th. affectus conversus subdit: Magna igitur ani-
mo contemnite dilecti filii calumnias intentatas sententiae vestrae
de gratia praesertim per se, & ab intrinseco effici, ac de gra-
tuita predestinatione ad gloriam sine ulla praevisione meritorum,
qua laudabiliter hactenus docuistis, & quas ab ipse SS. Docto-
ribus, Augustino & Thoma se habuisse, & verbo Dei, Summo
namque Pontificum, & Conciliorum Decretis, & Patrum auctori-
tate confirmata esse sibi commendabili studio gloriarum. Hec
Benedictus, comminatus insuper canonicas poenas calumniato-
ribus, si in calumniis insuper fruentis poenas calumniato-
merito aptari possit eloquium supra laudatum, quo in simili
causa ob detestatis Apostolicae auctoritate S. Augustini obre-
catores, S. Prosperi Caesalium ornavit. Et cum eodem ad-
di videtur pronuntians, quantum sibi praesumptionis istius ne-
vitae displiceret, quo audirent quidam adversus antiquos Magi-
strom insulenter insurgere, & indisciplinata calumniae predica-
tionis veritatis obrepere.

XXI. Ad haec omnia si animum vel semel, & obiter inter-
differ Lamiojus, calamo temperasset, nec S. Augusti, placida
de Gratia, & Predestinatione gratuita sententia ab ejus obitu
facilis despecta fuisse in Ecclesia, atque proscripta, nisi ter-
merario pronuntiaffer in suo posthumo libello Veritabilem Traditio-
nem ael' Eglice &c. justissime a Clem. XI. proscripto, & flam-

mis damnato die 28. Januar. 1704. foeciali diplomate, quo,
ut, par est, suo honori, & S. Augusti, & Ecclesia Romana,
quo illi tamquam fidei duci adhaere, restituitur. Libellum
praefatum in suo Augustino vindicatio eruditissimus P. M. Ser-
vay invicte prostravit.

S. III.

Qua ex S. Augustino pro Scientia media referuntur.

XXII. Viderunt scientiae mediae defensores, quam male de
fide causa adum esset, si Augustinum faterentur
sibi esse contrarium; Ideoque estis plerumque inventores,
seu magis renovatores, hanc sibi gloriam acervit, ut supe-
rior obervavimus; Posteriores tamen tali inani gloriae renun-
tiantes conantur, Augustinum, vel repugnantem in patroci-
nium suae causae trahere.

XXIII. Primo igitur afferunt S. Augustinum lib. de Dono
Persev. cap. 10. ubi tractans quaestionem, cur Deus noluerit
apud Tyrios, & Sidonios fieri illa signa, quibus visus essent
in Deum credituri, addit: Quidam disputant Catholicos non
ignobiliter hunc Evangelii locum sic exposuisse, ut diceret, praesidio
Dominum, Tyrios, & Sidonios a fide fuisse postea recessuros, cum
factis apud se miraculis creditissimos, & misericordia potius non
eum illic ipsa fecisset: quoniam graviori poena obnoxii forent, si
fidem, quam tenebant, reliquissent, quam si eam nullo tempore
renuissent. Quam opinionem cum non reprobat S. Augustinus,
sed potius approbet, fit ut approbet quoque scientiam, qua
Deus praeviderit Tyrios, si illis praedidisset, fidem acceptu-
ros, & a fide accepta postea recessuros: quae quidem scientia
debet esse ante decretum, cum Deus non poterit Apolla-
debet esse scientia media.

XXIV. Respondeo primo, S. Doctorem non approbasse ab-
solute illam explanationem, sed illam admisisse in quantum per
illam confirmabatur argumentum, quod tunc tractabat, vide-
licet, neminem a Deo puniri propter peccata, quae praevius
fuisse facturus, si vixisset, ut dicebat Semipelagiani de puris,
quos opinabantur a Deo puniri ob peccata, quae praevius
fuerant patratu, si ad adultam pervenissent aetatem: sed tan-
tum puniri hominem ob peccata, quae revera in vita lu pa-
traturus est. Hanc autem esse mentem S. Doctorem vitae re-
vincunt, quae subdit, ait enim: In qua sententia docti homini
& admodum acuti. ... quid me nunc attingere dicitur, cum & ipsa
nobis ad id, quod agimus, suffragetur: Si enim misericordiam Do-
minum non fecit in istis viciis, per quos fieri possunt fideles,
ne gravius punirentur, cum postea fierent infideles, quod ex fa-
cturas fuisse praevius: factis, aperteque monstratur, de his peccatis
neminem judicari mortuorum, quae praevius fuisse facturum
si aliquo modo et us illa faciat subvenire. Igitur illius Docto-
ris sententiam non admittit ut veram, sed solum ea posita
utur ad revincendam Semipelagianorum imaginationem.

XXV. Respondeo secundo, S. Doctorem admisisse, Deum praevi-
dissse Tyrios, si fierent apud illos virtutes, credituros, sed in
fide non permanfurus. Sed numquid hoc praevius ante decre-
tum? Unde hoc? non valet, praevius Deus, ergo praevius
ante decretum. Sicut ergo Deus praevius eos credituros, visis
signis, quae praevius eis in tali circumstantia dare, ut cre-
derent, ita praevius eis in fide non mansuros, quia non de-
creverat pro eis perseverantiam in fide; utrumque donum Dei
est: & fide accepta, & in fide perseverare. Neque hoc
dicit Apostolus a fide positive decrevisse, sed solum praevius
quia perseverantiam dono denegato, lapsus a fide logica
infirmitate consequitur. Legite quae apud S. Doctorem cap.
11. sequuntur.

XXVI. Sed instabis primo. Hac duo aperte repugnant,
Deum absolute decrevisse, ut non fierent coram illis ea si-
gna, ne credentes, & postea a fide recedentes gravius forent
puniendi: & Deum decrevisse illis dare actum fidei.

Instabis secundo. Deum decrevisse dare Tyris actum fidei,
si coram eis fierent illa signa, est idem ac dicere, Deum de-
crevisse dare eis fidem, si decrevisset fieri apud eos signa, cum
hoc ab ejus voluntate penderet: sed hoc videtur insulsum, et
ergo &c.

XXVII. Respondetur ad primam instantiam, negando assump-
tum: Cum enim primum decretum fit absolutum tam ex
parte subiecti, quam ex parte objecti, secundum vero fit ab-
solutum quidem ex parte subiecti, sed ex parte objecti con-
ditionatum, non repugnant. Sicut nec repugnant, quod Deus
praevius non fienda coram eis signa, ne credentes, & a fide
recedentes gravius punirentur, & praeviusse, eos credituros.

Ad secundam instantiam, nego min. Eodem enim modo,
quo insulsum non est dicere, Deum, praeviusse dandum Ty-
ris fidem, si praeviusse fienda apud eos signa. Sic neque in
casu. Do modo, quo insulsum non est dicere, Deum decre-
visse alterum mundum regere, & administrare, si illum con-
dere decrevisset.

XXVIII. Afferunt secundo eundem S. Augusti. lib. citato de
Dono Persev. cap. 14. de eisdem Tyris, & Sidonius, qui fuisse
visis virtutibus credituri, sic dicentem: Ex quo apparet
habere quosdam in ingenio ipso divinam naturaliter manus in-
telligentiam, quo morantur ad fidem, si congruis signis moribus
vel audiant verba, vel signa conspiciant. Ex propositione ergo
naturali Tyriorum, & docilitate, non in decreto praeviusse
Christus illos visis signis credituros.

XXIX. Urgens ex lib. 1. de div. qu. ad Simplician. qu. 2. ubi
vocationem Dei esse congruum idoneitatis, & aptitudinis ejus,
qui vocatur ostendit his verbis: An forte illi, qui hoc modo
vocati non consentiunt, possent alio modo vocati accommodare fi-
dei vo-

dei voluntatem, ut & illud verum sit, multi vocati, pauci vero
electi; ut quamvis multi hoc modo vocati sint, tamen quia non
omnes eodem modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem,
qui in capiente reperiuntur idonei; & illud non minus verum
sit: Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei,
qui hoc modo vocavit, quomodo apertum erat eis, qui scivi sunt
vocationem? Numquid non in eis modus, quo scientiae mediae
allosores loquuntur? Concludit S. Augustinus. Verum est ergo,
multi vocati, pauci electi: Illi enim electi, qui congruenter
vocati, illi autem, qui non congruenter, nec contemperantur
vocationi, non electi, quia non fecerit, quamvis vocati. Item vo-
catus est: non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei:
quia, est, multos vocat, eorum tamen miseretur, quos in vo-
cat; quomodo eis vocari apertum est, ut sequantur. Falsum est
autem, si quis dicit: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis,
cujus currentis est hominis, quia nullus Deus frustra miseretur,
cujus autem miseretur, sic eam vocat, quomodo sit ei congrue-
re, ut vocentem non respiciat. Ecce aperte scientiam mediam,
qua Deus scit, & explorat circumstantias, in quibus homo est
conferens vocationi, ut miserentis Dei fit ipsum in occasione
vocare, in qua novit, vocationem congruam illi futuram.

XXX. Et hoc ulterius roborant illi, quod docet S. Doct. lib.
22. de Civ. Dei cap. 6. ubi per velle, & nolle certum arbitrii,
& non aliam gratiam effectum, solvit illam quaestionem, cur
ex duobus aequaliter affectis unus teneatur eadem tentatione,
& cadat, alter vero stet. Si (inquit) aliqui dicit aequaliter af-
fecti animo, & corpore... eodem tentatione ambo tententur, &
nihil ei cedit, aequo voluntate, alter idem, qui fuerat, perse-
veret; quid aliud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse
a castitate desistere? Unde ubi propria voluntate, ubi idem fue-
rit in utraque corporis, & animi affectus? Amoribus oculis pa-
raverit visis est eodem pulchritudo; ambobus pariter insitit occulta
tentatio: propriam igitur in uno eorum voluntatem malam, qua
res fuerit seipso volentis, si bene invenitur, nihil occurrat.

XXXI. Respondeo, negando consequentiam. Hanc enim cer-
titudinem praesentiae de Tyriorum poenitentia fenon in aliud
refundere, quam in decretum divinum de danda illis gratia
conversionis testatur ipse: nam ante dixerat: An quisquam di-
cere audebit, Deum non praeviusse, quibus esse daturus, ut cre-
derent, aut quae daturus esset Filio suo, ut ex eis non perde-
ret quemquam? Quae utique se praeviusse, praesidio beneficia sua,
quibus non dignatur liberare praeviusse. Hae est Praedestinatio
Sanctorum, nihil aliud: praesentia scilicet, & preparatio heri-
tationis Dei, quibus certissime liberantur, quatenusque liberan-
tur. De Tyris autem, & Sidonius loquens: sed quoniam (in-
quit) ut crederent, non erat eis daturus, etiam male crederent,
est negatum. Et post multa concludit: Audiunt hae, & faciunt,
quibus daturus est non autem faciunt, spirituales: huius non audiant,
quibus non daturus est. Quia vobis, inquit, est datum, ut non
Regni Celorum, illis autem non est datum. Mat. 13. v. 11.

Cum ergo dicit, habere quosdam in ingenio ipso divinam
naturaliter manus intelligentiam. Non intendit naturalem iuge-
nii praesentiam, & docilitatem esse dispositionem proxi-
mam, qua moveantur ad credendum, alias insidii fidei esset
ex nobis, quod Semipelagianum est: & rursus cum ibi loquar
de solis signis externis, nisi ulterius non admittet S.
Augusti gratiam interius moventem, cum Pelagianis sentiret,
quod ad fidem non aliam necessariam esse gratiam afferbant,
quam externam legis, & praedicationis Evangelii.

Solum ergo ex ipso ingenio, & naturali docilitate arguit
Augustinus dispositionem remotam, & negativam, quatenus
talis docilitas removet impedimenta quaedam ad credendum.
Sunt enim quidam ob excellentiam ingenii, & docilitatem
magis quidam ad apprehendendas veritates sibi propositas, seu
motiva extrinseca creditibiles earum; quo sensu dici potest,
habere aliquos in ingenio divinum naturaliter manus intelli-
gentiam, quo moveantur negative, & remote ad fidem. Sed ut
proxime possint credere, & assentiri, immo ut possint inchoare
fidem, requiritur gratia sufficientis, & efficacis ut actu credant:
quare dicit, audiunt enim, & faciunt: quibus daturus est.

XXXII. Ad id, quod urget, & cui maxime fidem Adver-
sarii, sumptum ex lib. ad Simplician. dico, mentem S. Augusti-
ni non esse, quod illa congruitas, qua se reddidit idoneum,
apertum, congruum, contemperatum vocationi, & gratiae, il-
lam faciendo efficacem, consistat in quadam naturali contem-
peratione, & dispositione liberi arbitrii ad gratiam, qua praec-
cedat, & non fit effectus gratiae, alias cum Pelagianis sentiret,
sed quod illa congruitas fit facta a gratia preparante vo-
luntatem, ut sit bona. Quare citato loco prius dixerat. Si
queramus, utrum Dei donum sit voluntas bona, mirum, si ne-
gare quicquam audeat. At enim quia non praecedat voluntas bo-
na vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocati
Dei recte tribui, quod bene volumus, nobis vero tribui
non potest, quod vocamus. Non igitur idea dictum putandum
est: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei,
quia nisi ejus adjutorio non possumus adipisci, quod volumus
(quod Meditasse dicunt ponentes gratiam solum concomitan-
tem) sed idem potius, quia nisi ejus vocatione non volumus. Et
ne quis de suo mente dubitare possit, lib. 2. retract. cap. 1.
eam sic expresse. In casus quaestione solutione (loquitur de
hoc lib. 1. ad Simplicianum) laboratum est quidem pro libero
arbitrio voluntatis humanae, sed vicit Dei gratia, nec nisi ad
illud potuit perveniri, ut liquidissima veritate docuisse, intelli-
gantur Apostoli: Quis enim vel discernit? Quis autem habes,
quod non accipit? habet autem aliquid, quod non acce-
pisset, immo & quo se discerneret, si illa idoneitas, & ap-
titudine ad consentiendum vocationi praeter alio, ex se ipso ha-
beret, & donum Dei non esset.

Solum ergo indicare voluit praevius verbis S. Doctorem, quod
cum gratia est efficacis sua faciat nos velle, sicut tamen nos
libere, & delectabiliter velle; & sic quodammodo se atem-
perat nostrae indoli: agit enim in unoquoque secundum ejus
proprietatem, ut suo loco cum D. Thoma dicemus. Ceterum
haec delectatio, qua lubenter vocatum audimus, donum Dei
est, non solum, quia non ponit in circumstantiis, in quibus
positi delectamur vocatione, sed quia facit, ut vocatio-
ne, delectemur. Ita scilicet explicat Sanctus Doctorem circa fi-
nem praedictae quaestione: Quis (inquit) habet in pote-
state tali visio attingi mentem suam, quo ejus voluntas mo-
vetur ad fidem? Quis autem animo ampliuscitur aliquid, quod
cum non delectat? aut quis habet in potestate, ut vel occurrat,
quod cum delectare possit, vel delectet, cum occurrerit? Cum ergo
(notent Adversarii) nos ad delectem, quibus praesentiam
ad Deum, inspiratur hoc, & praedatur gratia Dei, non autem
suo, & indolentia, aut operum merito comparatur: quia ut sit
natus voluntatis, ut sit industria studii, ut sine opera charita-
te ferventia, illa tribuit, illa largitur. Hinc illi sunt vocati, &
electi, quos Deus vocando congruus vocationi facit: illi
autem vocati, & non electi, quos vocat quidem, sed con-
gruus vocationi non reddi: congruus vocationi fecisset Tyrios,
non fecit Judaeos. Sic Deus, cujus vult miseretur, & quem
vult inducat: & non volentis, sed miserentis est Dei.

XXXIII. Ad id, quod pro roborare adjucent ex lib. 22. de
Civ. Dei c. 6. Si bene advertant, contra ipsos quoque stare
deprehendent. Si enim ex duobus aequaliter affectis, & aequa-
li tentatione pulsatis, unus succumbit tentationi, quia vult, al-
ter vero resistit, quia praesentia non vult a castitate recedere,
& hoc, spectatis puris viribus liberi arbitrii, jam ad vincen-
dam gravem tentationem nullam requiritur gratia, neque ex-
terna, quod nec Pelagius forte ausus est dicere.

Respondendum ergo est, S. Augusti. eo in loco voluisse con-
siderare illos duos Juvenes solum quoad externas circumstan-
tias, & signa exteriora, quae reducuntur ad posse, sed ad auxi-
lium sufficientem, & in hoc aequaliter affecti erant; ideo unus
succubuit quia voluit, alter stetit quia noluit: ad non respo-
dixit ad gratiam internam, & efficacem, quae illi, qui stetit,
adjuvit ei vero, qui succubuit, desuit, & gratia quia stetit
ille, qui stetit, & sine qua non steterit: unde in Ps. 123. est
qui vincit: Manifestum est (inquit) quia non viciisti tu, sed
viciisti illi, qui est in te. ... Quare viciisti, nisi, ut te doceret
cum diabolo dimicantem? Et tamen jam dicitur, nisi in te sit illi,
qui prior tibi viciisti, viciasti. Ne autem quis putaret, liberum
arbitrium nihil agere, Lib. de gratia, & lib. arb. c. 4. docet,
quod continentia, & alta non praecipitur, nisi homo volens
proprium voluntatem, qua divinae praecipit obediens: & tamen
donum Dei est, sine quo servari praepia castitatis non possunt.

XXXIV. Respondeo secundo, S. Doctorem in illo loco uni-
ce esse intentum, ad ostendendum contra Manicheos malam
voluntatem, seu volitionem a natura bona, & pro ut a prin-
cipio bono non esse, sed ex se ipsa, pro ut ex nihilo est,
ac deficiens, dixisse, eam in tentationem labi, quia vult, non
solicitem ibi statuere de altero, qui stat, in stetit, qui ex pu-
ris arbitrii viribus vult. Sed hoc distulit an cap. 9. ubi de
Angelis, qui ceciderunt, & de eis, qui steterunt, ait: Si uni-
que boni aequaliter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus,
illi amplius adjuvi, ad eam beatitudinem plenitudinem, unde se
nunquam casuros certissime ferent, pervenerunt.

XXXV. Afferunt tertio alios D. Augusti. textus. Primo lib.
de Praedest. SS. cap. 10. ubi habet: Praedestinatio sine praesentia
non potest esse: potest autem esse sine praedestinatione praesentia.
Ergo stat in Deo praesentia absque decreto. Secundo in ex-
posit. quarundam propositi. episc. ad Rom. propositi. 55. Non
omnes (inquit) qui vocati sunt, secundum propositum vocati
sunt: hoc enim propositum ad praesentiam, & praedestinationem
pertinet: nec praedestinavit aliquem, nisi quem praevius creditu-
rum, & secuturum vocationem suam, quis & electus dicit. Ecce
aperte scientiam mediam. Tertio ex lib. de Dono Persev.
c. 9. certe (inquit) vocat illa Deus praesentis esse lapsurus:
antequam id fieret, auferre illa de hac vita.

Respondetur ad primum, D. Augusti ibi aperte loqui de
praesentia peccatorum: subdit enim: Praedestinatio quippe
Deus ea praevius, quae fuerat ipse facturus: unde dicitur: est
facti, quae factura sunt: Praevius autem potens esse etiam, quae
ipse non fecit, sicut sunt quaecumque peccata: haec enim praede-
stinatione non praevius, quae non praeparat. Praevius tamen
etiam peccata, praesentia supponente decreto permittitur,
seu nolens illa impedire, vel absolutum, videlicet si peccata
absolute futura sint, vel conditionatum objective, si futura
sint solum sub conditione.

Ad secundum Augustinus ipse respondet lib. retract. cap. 23.
se haec scripsisse, cum adhuc Presbyter esset, nec plene hanc
materiam ascensum esset. Nondum (inquit) diligenter quae-
ram, nec adhuc inveneram, qualis sit electio gratia... profectio
non dicere, si jam scirem, etiam ipsam fidem inter munera
Dei reperiri, quae datur in eodem spiritu. Utrumque ergo no-
strum est, propter arbitrium voluntatis: & utrumque tamen
datur est per spiritum fidei, & charitatis. Retrahit ergo Au-
gustinus, quod dixerat: Deum sic elevisse, ut quem sibi cre-
aturam praevius, ipsum elegerit, cui Spiritum Sanctum daret;
retractavit igitur scientiam mediam.

Ad tertium. S. Doct. non loquitur de praesentia condi-
tionatorum, quae apud ipsum fidem potius non sunt: sed de
praesentia peccatorum, quae reipsa erant futura, quia iusto
suo iudicio decreverat non impedire, rapiendo scilicet homi-
nem in aetate immatura, antequam fierent.

I. N exploranda mente S. Augustini diu non immerito de-
tenti sumus: nam ad eius fidelem discipulum D. Thomam
procedimus. Quamquam autem ex eo, quod probatum
sit, scientiam medium ab Augustino reprobam fuisse, legiti-
me inferatur, eam quoque a D. Thomam, qui nec latam un-
quam doctrinam Augustini recessit unquam, reprobam quo-
que fuisse. Attamen, qui Adversariorum aliqui oppositum con-
tendunt: hoc etiam specialiter tractandum fuit.

II. Probatur primo. Quia nedom unquam D. Th. scientiam
medii meminit, sed passi in Deo aliam scientiam non cog-
noscit, nisi scientiam visibilis, & simplicis intelligentie.

Secundo. Quia, ut supra ostensum est, nunquam docuit,
res, idea a Deo fieri, quia futura sunt, sed ideo futuras esse,
quia sciuntur a Deo. Quod precipue ostendimus ex 1. p. q. 16.
art. 7. ad 3. Illud (inquit) quod nunc est, ex eo futurum
fuit, antequam esset, quia in causa erat, ut fieret. Unde sub-
stantia causa non esset futurum illud fieri. Solo autem causa pri-
mo est eterna. Unde ex hoc non sequitur, quod ea, que sunt,
semper fuerit verum, ea esse futura, nisi quatenus in causa
semperna fuit, ut essent futura: quo quidem causa solus Deus
est. Ergo sicut futura absoluta ex eo futura sunt, quia in causa
semperna fuit, ut absolute forent; ita conditionata ex eo
futura essent; posita conditione, quia in causa semperna fuit,
ut essent ea posita conditione. Quibus tota scientia media
evartitur.

Tertio. Quia sepe versans illa argumenta, que moderni
accumulant circa concordiam voluntatis divine cum humana
libertate, nusquam ad illam scientiam create libertatis
explorandam confugit; sed S. Augustinum Magistrum suum imi-
tatur, recurrit semper ad efficacissimam vim divine voluntatis,
qui non solum res fiunt, sed sunt eo modo, quo vult illa fieri.

Quarto. Quia, ut supra ostensum est, non potest, predes-
tinationem non habere certitudinem absolutam, sed condi-
tionalem tantum, sicut non est certum, si sol causa fructuum in
planta, nisi cum hac conditione, si virtus generativa in planta
fuerit bene disposita. Si igitur certitudo predes-
tinationis sit cum pre-suppositione causa secunde, non erit certitudo absoluta, sed
conditionalis tantum, sicut in eo est certitudo, quod Socrates
provetur, si currit &c. Respondet ibi ad quartum, dicendum
quod causa secunda, quam oportet supponere ad inducendum pre-
des-
tinationis effectum, etiam ordini predes-
tinationis subiacet, non autem est ita in virtutibus inferioribus respectu superioris vir-
tutis agentis. Et ideo ordo divina predes-
tinationis, quavis sit cum pre-suppositione voluntatis humane, nihilominus tamen absolu-
tam habet certitudinem, est in exemplo adducto contrarium ap-
paret. In principis autem scientie medie dispositio cause secunde,
id est consensus voluntatis, non subiacet ordini pre-
des-
tinationis, quia previdetur futurus in statu conditionato se-
cundum omnes, & in statu etiam absoluto secundum plures,
ante predes-
tinationem actu existentem; quo fit, ut consensus
non subiacet predes-
tinationi, sed predes-
tinationi consentit: Cuius
oppositum sentit D. Thomam laudans in corp. per hæc verba.
Sic enim dicitur non diceretur predes-
tinationis differre a non
predes-
tinatione ex parte ordinis, sed tantum ex parte scientie
agentis: & sic scientia esse causa predes-
tinationis; hoc
predes-
tinationem esse per electionem predes-
tinationis, quod est contra au-
thoritatem scripturam & contra dicta sanctorum Patrum. Unde
patet certitudinem scientie medie esse contra predes-
tinationis habere
insolubilem certitudinem. Quod suo loco cum eodem D. Th. 1.
p. 1. q. 23. art. 9. exponemus.

III. PRIMO, obijciunt S. Th. in 1. dist. 4. q. 2. art. 2. in arg.
sed contra dicentem: Dicitur sancti communiter Diony-
sius, Augustinus, & Anselmus, quod causa, quare ipse non ha-
bet gratiam, est, quia ipse noluit accipere. & non quia Deus
noluit ei dare. Et in corp. artic. Patet ergo (inquit) quod hu-
jus defectus absolute causa prima est ex parte hominis, qui gra-
tia caret; sed ex parte Dei non est causa huius defectus (sci-
licet earentia gratie) nisi ex suppositione illius, quod est causa
ex parte hominis; Sed negata scientia media potius homo
non acciperet gratiam, quia noluit eam Deus dare, vel eam
predes-
tinare, ut acciperet; ergo &c.

IV. Resp. primo, retorquendo instantiam. D. Thomam di-
cit quidem, quod ipse non habet gratiam, qui noluit accipe-
re, & non quia Deus noluit ei dare: non dicit tamen, quod
ipse habet gratiam, quia voluit accipere, & non quia Deus
voluit dare. Sed posita scientia media, æque dicitur, quod
ipse non habuit gratiam, quia voluit eam reddere effica-
cem, non quia Deus voluit, eam enim Deus vult omnibus
dare quantum in se est; ergo &c.

Resp. ergo secundo. D. Thomam ibi, & Patres ab eo in-
dicatos loqui de gratia sufficiente, quam omnibus offert. Ad-
dit enim, quia lumen suum omnibus offert, quod tamen ab om-
nibus non percipitur, sicut nec lumen solis a cæco. Quod si ve-
lis, eum loqui etiam de gratia efficaci, dicit, eam non om-
nibus dari defectu se tenente ex parte hominis, qui licet eam

ad se advocare non possit, tamen sua obsecratione bonum pro-
positum non accipit, cum accipere possit, & qua (ut ait ibi ad
quartum) a Deo proferta se abscinat, sicut a presenti lumine,
qui claudit oculos. Ideoque D. Thomam ibi in corp. concludit,
causam primam defectus gratie ex parte hominis esse, sic Deo
permittente, potest: unde ait Augustinus lib. 1. confess. cap. 12.
Iussit Dominus, & sic est, ut parva sua sibi sit omnia inordinata
sua anima. Sed de hoc inferius de voluntate Dei.

V. Secundo obijciunt D. Th. 3. p. 1. art. 3. ad 4. ubi ait,
quod, predes-
tinationis supponit scientiam futurorum. Ex quo
concludit, quod predes-
tinationis etiam ipse inordinatus in re-
medium humani peccati. Sed humanum peccatum futurum fuit
futurum ante predes-
tinationem incarnationis: ergo etiam me-
rita prævia fuerunt ante predes-
tinationem ad gloriam.

Confirmatur ex eodem 3. p. q. 1. art. 5. & 6. ubi, ut reddat
rationem, cui incarnatio non debuit esse in mundi initio, nec
ad finem ejusdem differri, recurrit ad præsentiam eorum,
que libere peccatori essent homines, qui essent, si in aliquo
ex dictis temporibus incarnatus fuisset; sed talis præsentia
non potuit haberi, nisi per scientiam mediam anteverentem,
decretum incarnationis; ergo &c.

VI. Resp. ad min. quod si predes-
tinationis futura supponit eo
modo, quo incarnatio supponit humanum peccatum, fit, ut
sicut incarnatio supponit peccatum prævium, ut absolute fu-
turum, ita quoque predes-
tinationis supponat futura in statu ab-
soluta, & non solum conditionata. Unde nihil pro scientia
media.

Ad quibus futuris præsentiam supponit predes-
tinationis de meritis nequaquam. Nam cum secundum doctrinam S.
Th. 1. p. q. 23. art. 5. merita sunt effectus, & cadant sub or-
dine predes-
tinationis, non possunt esse prævia futura ante
illam, saltem adequate sumpta. Debet ergo explicari D.
Thomam, vel de præsentia futurorum pertinenti ad provi-
dentiam naturalem, puta homines conditos; quos predes-
tinationis supponit ex vi providentie naturalis futuris, atque
predes-
tinationem, ex vi decreti ordinis naturalis: Vel si loquatur
de meritis, dicendum est, D. Thomam sumere predes-
tinationem iniquitate, ut dicit præsentiam meritum, que Deo
decreto suo electio elegit, & præparavit, ut essent. Unde
præsentia quomodocumque sumatur supponit Deo propositum,
sive absolutum, sive conditionatum.

VII. Ad confirm. fateor, Deum præcelsissime effectus liberos,
qui essent, si incarnatus vel esset in mundi initio, vel ad
finem mundi deferretur. Ceterum hos præcelsus Deus, non
ante omne sum decretum, & per scientiam mediam, sed per
scientiam liberam in suo decreto actu ab æterno in Deo exi-
sente, & conditionato ex parte objecti. Quare notanda est
mala Adversariorum illatio, qui audientes in Deo præsentiam
conditionatam, statim inferunt scientiam mediam; cum
deberent probare prius, talem præsentiam antevertere omne
decretum: quod nos negamus, nec ex D. Th. possunt vincere.

VIII. Tertio obijciunt. Eadem S. D. q. 6. de voluntate
3. citato sic dicitur: Libero arbitrio desistere potest a salute
tamen in eo, quem prædes-
tinate, ut alia adminicula præparat,
quod vel non cadat, vel si cadat, quod resurgat: sicut exhor-
tationes, & suffragia Oratorum, bonum gratia: & alia huius-
modi, quibus Deus adminicula homini ad salutem. Ergo ne-
cesse est, ut Deus per scientiam mediam prævidet, quænam
adminicula certo conducent prædes-
tinationem ad salutem, si in
his, vel illis circumstantiis fuerint præparata.

IX. Respondeo, neg. conseq. Hæc enim Deus prævidet,
non in scientia media, sed in suis decretis, vel positivis, vel
permisivis. Possit enim si velle quolibet adminicula reddere
certissima, sed decrevit permittere, ut aliqua ex istis des-
ficerent, etiam in prædes-
tinationis, ut appareat eorum liberum
arbitrium, & humiliter videntes, quod sine perpetuo ejus
adjutorio nihil possint. Decrevit autem, ut omnia simul ad-
minicula respectu prædes-
tinationis desicere non possint, sed
certissime vi ejus definitionis, & gratia eos ad salutem per-
ducant. Et hoc planum fit exemplo, quo usitur ibi S. Thomam
de perpetuitate speciæ humane, quam cum in quolibet singu-
lari, quia corruptibilis, non obtinet, in tota tamen successi-
fime eam obtinet, divina providentia, taliter gubernata, ut
non omnia desicere, divina desicere. Quis autem negabit, Deum,
si voluisse, potuisse quodlibet individuum perpetuo conservare
& contra, uno individuo perire, finem, ut omnia periret?
Sed quia ex una parte humanam speciem voluit per-
petuo conservare, & ex alia individua illius corruptibilia se-
cundum eorum naturam relinquere, decrevit ut per successi-
fionem eorum haberetur speciæ perpetuitas, qua in singulis
haberi non potest, quia noluit. Et in positione scientie me-
die fit in singulis adminiculis non haberetur certitudo saluti-
sæque prævisione, quod voluntas creata ea esset consenti-
redditura infallibilis, ut Deus aliter, nec decernere posset,
nec facere, ut inferi dicemus.

X. Quarto obijciunt. Quæst. 12. de verit. art. 10. in corp.
distinguitur ea, que sunt a solo Deo, ab illis, que præ-
parantur, ut fiant per homines, dicitur: Predes-
tinationis quasi quæ-
dam preparatio dicitur, hoc autem aliquis præparat, quod fa-
ciuntur: est ipse, non quod alius. Quædam vere explorant opera-
tione causarum aliarum, sive naturalium, sive voluntariorum.
& hoc in quantum per alios causas complentur, non sunt præ-
des-
tinationis, sicut tamen præcelsa. Unde ibid. ad quartum dicit,
quod id, quod ex nostro arbitrio est, predes-
tinationis subesse di-
citur per accidens. Ergo quæ per liberum arbitrium scienda
sunt non predes-
tinationis, id est prædes-
tinationis, sed præsentiam.
Qua autem scientia, nisi media?

XI. Respondeo, dist. conseq. predes-
tinationis magis stricta
sum-

sumpta, conc. conseq. minus strictè sumpta, nego consequen-
tiam. Predes-
tinationis sumi potest dupliciter, & proprie, seu
strictè, & minus proprie, seu minus strictè. Primo modo est
ratio transmissibilis creatura rationalis ad vitam æternam, in
mente Dei existentis, ut docet D. Thomam 1. p. q. 23. art. 1.
& 2. & sic nil aliud est, quam præsentia, & præparatio
gratie in presenti, & glorie in futuro, quorum utrumque a
Deo per se ipsum faciendum est: iuxta illud Psalm. 83. v. 12.
Gloriam, & gloriam habet Dominus, & in hoc sensu dicit S.
Thomam ab argente citatus ad quartum, quod meritum nos-
trum non subiacet predes-
tinationi, nisi secundum quod est
ex gratia, que a solo Deo est; unde id, quod ex nostro ar-
bitrio est, prædes-
tinationis subesse dicitur per accidens, id est
non per se, quia subesse gratie, & predes-
tinationis non con-
venit ei, per se, & ex natura sua, sed ex voluntate, & præ-
paratione Dei. Secundo modo dicit predes-
tinationis ordinatio-
nem creaturæ ad aliquo finem, & præparationem quorum-
cumque mediatorum, sive a Deo, sive a creatura ponendorum;
& hoc modo omnia, quæcumque sunt, sive a Deo solo, sive
per creaturam, upote a Deo prævia, per se ordinata sunt,
vel permixta. Ideo tamen dicuntur potius præcelsa, quam præ-
des-
tinationis. Tum quia prædes-
tinationis ea sola sunt, que a Deo
solo per se ipsum facienda sunt. Tum quia que a libero ar-
bitrio sunt pro ut ab ipso sunt, possunt esse etiam mala, &
sic subfunt potius præcelsa, que, ut docet S. Th. 2. 2. q.
174. art. 1. potest esse bonorum, & malorum, quod non contin-
git de propria predes-
tinationis, que est bonorum tantum. Quare
D. Thomam nullam scientiam medie aperit viam. Nam que
ex libero arbitrio faciendæ sunt, vel est bonus usus gratie,
& hæc a gratia est præparate voluntate, & effectus predes-
tinationis: ut docet D. Thomam 1. p. q. 21. art. 5. vel est ad-
minus, aut bonus bonitate solum naturalis: & sic subest di-
vine providentie, & voluntati, aut præordinativæ, aut saltem
permisivæ.

XII. Tandem, omittis alibi, obijciunt S. Doctorem super
sup. 6. Jon. lect. 5. ubi ad illa verba, nemo potest venire ad
mè, nisi Pater meus traxerit eum. Ait: Homines multiplices
trahi ad finem, vel scilicet persuasione, vel interna reve-
latione, vel miraculorum operatione, vel blanditiis allicien-
do, vel admirabilis delectatione, & veritatis amore; ergo D.
Thomam non novit, nisi motiones morales, sub quibus homo
previdetur consensus, vel non per scientiam mediam.

XIII. Miror, quod Adversarii velint hæc facere D. Thomam
Pelagianum, quasi non aliam ad fidem vocationem admiserit,
nisi externam, quam nec Pelagus negabat. Debuissent ergo
S. Doctorem in his, que sequuntur audire. Post enim enume-
ratos multiplices modos, quibus Deus homines trahit ad fi-
dem in actu primo, que omnia pertinent ad auxilia sufficientia,
quibus trahit omnes: procedens ad modum, quo trahit
aliquos in actu secundo, & efficaciter, subdit: Sed quia non
solum revelatio exterior, vel objectum virtutem attrahendi ha-
bet, sed etiam interior instinctus impellens, & movens ad cre-
dendum: ideo multos trahit Pater ad Filium per instinctum di-
vine operationis interioris in hominis ad credendum; Phil. 1.
Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere... Prov. 21.
Cor Regis in manu Domini: quæcumque voluerit, inclinabit il-
lud. Ecce motiones per se efficaces scientie medie funditus
eversum. Quam docuerat S. Augustinus lib. 3. contra duas
epist. Pelag. cap. 19. ubi præcelsa Christi verba exponens, sic
loquitur: Non enim, ait, dixerit, ut illis aliquomodo intelli-
gamus præcedere voluntatem. Qui trahitur, si jam voluit: Et
tamen nemo venit, nisi velis. Trahitur ergo miris modis, ut
velis ab illo, qui novit in eis hominum cordibus operari,
non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut
volentes ex nolentibus fiant.

I. DEO. Scientia Media non coheret rationi. Probatur
primo sic. Scientia media est cognitio futurorum con-
ditionatorum ante decretum divine voluntatis, statuentis eor-
um futuritionem sub tali conditione: sed huiusmodi cognitio
non coheret rationi, immo repugnat; ergo &c. Maj. est de-
finitio scientie medie. Min. prob. repugnat cognitio futuri
conditionati in Deo pro eo signo, pro quo non est condi-
tionate futurum, sed mere possibile; sed pro signo ante de-
cretum divine voluntatis nihil est conditionate futurum, sed
mere possibile; ergo &c. Maj. pat. repugnat enim cognitio
pro eo signo, pro quo non est ejus objectum. Min. vero pro-
bat. Tum a priori. Quia ante decretum divine voluntatis
nihil est futurum absolute; ergo ante illud nihil est futurum
conditionate. Consequentia probatur. Ita enim se habet de-
cretum Dei absolutum ad futurum absolutum, sicut decretum
conditionatum ad futurum conditionatum. Tunc sic (& præ-
ter-
venit responso) sed ad futurum absolutum non sufficit decretum,
quod est in Deo, si &c. sed requiritur decretum, quod actu fit in
Deo; ergo ad futurum conditionatum non sufficit decretum,
quod est in Deo, si &c. sed requiritur decretum, quod actu
in Deo fit de ponenda re sub tali conditione.

Confirmatur. Repugnat futurum conditionatum transire in
absolutum absque decreto actu in Deo existente, sed si ante
decretum vice voluntatis cognoscitur Deus, quod si Petrus in
talibus circumstantiis ponatur, consentiet tali objecto sibi pro-
posito, adimpleta illa conditione, antequam Deus quidquam
decretat de actu futuro, cognoscet, illum esse futurum abso-

lute: quia futurum conditionatum transiit in absolute futurum,
adimpleta conditione; ergo aliquid esse futurum conditiona-
tum ante decretum &c. repugnat.

II. Tum quia secundo. Futurum tam absolute, quam condi-
tionate respectu rei omnino contingens est, neque haberi
potest ab illo predicato rei intrinseco, vel saltem independen-
tente ab omni suppositione extrinseca, ut vidimus: decretum
enim Dei est prima radix, & causa omnis futuritionis, cum
nil possit esse futurum independente a divina voluntate; cu-
jus dominio, & potestati nil subtrahi potest. Eo vel maxime,
quia futurum est illud, quod est determinatum in aliqua cau-
sa, ut fit: si enim in nulla causa fit determinatum, ut fir-
miter mere possibile, non futurum. Restat ergo, quod sicut de
ratione futuri est esse determinatum in aliqua causa ad essen-
dum absolute, ita de ratione futuri conditionati erit esse de-
terminatum in aliqua causa ad existendum, posita condi-
tione. Et cum ab æterno fit verum, quod fit conditionate fu-
turum, vel non, & sola determinatio cause præcelsa sit æter-
na, sequitur, hæc esse causam cujuscumque futuritionis. Et
propterea etiam res non ideo a Deo sciuntur, quia sunt futu-
re, sed ideo sunt future, quia sciuntur a Deo. Hæc omnia
a nobis superius ostensa, & probata, hæc revocanda sunt.

III. Probatur ulterius, & confirmatur dicta. Si aliquid
esset conditionate futurum ante decretum divine voluntatis,
statuentis illud futurum posita conditione; vel esset futurum
ex meritis, & natura objecti: & hoc dici nequit, quia ali-
non esset liberum, & contingens, quod non exigit magis of-
fe, quam non esse, sed necessarium. Vel esset futurum ex vi
conditionis: & hoc esse non potest; quia conditio vel est di-
sparata: & hæc nullam habet conducendam ad eventum; vel
est conditio non disparata, ut si audis conciones convertentis:
& hæc conditio non habet infallibilem connexionem cum
evento, nisi aliud accedat; alias sola predicatio externa suf-
ficere ad conversionem; quod Ecclesia in Pelagio damnavit.
Vel esset futurum ex oblatione divini concursus, & auxili-
quod Deus paratus est dare audienti concionem; & nec illud
dici potest, quia, cum in sententia Adversariorum concursus
ille, & auxilia sint profus ex se indifferentia ad conversi-
onem, non magis inferunt, futuram esse conversionem sub con-
ditione auditiois concionis, quam non conversionem.

Si dixeris, ideo consensus esse futurum, quia erit i man-
ifesta principii petitio est. Nam hoc est, de quo queritur: ni-
mirum, unde habeat objectum illud, patet conversio, quod
erit, antequam sit, potius quam non erit. Pondera quantum
vis, nil aliud invenies, quod eventum faciat certo futurum
sub tali conditione, nisi voluntatem divinam sic statuentem.
Dicere enim esse voluntatem creatam sic pro fusi arbitrio de-
terminantem, & conditionem, & auxilia; quis non videt,
hoc esse ponere in manu voluntatis create non solum forem
suam, sed Dei, se ipsam discernere, & Deum fieri pedes-
quum voluntatis create?

IV. Tertio principaliter proba, scientiam mediam inutilem
esse ad eos fines, ad quos affirmatur a suis Assertoribus ne-
cessaria. Sic, Necessitas, & utilitas scientie medie, hæc ef-
se potest: Vel ad dirigendum Deum in suis decretis forma-
ndis, vel ad conciliandam humanam libertatem cum prædes-
tinatione, & gratia efficaci: sed ad neutrum scientia media ne-
cessaria, aut utilis est. Ergo &c. Major est sententia Medi-
plorat: omnes voluntatis create affectus, videretur, quid
homo in his, vel illis occasionibus, & sub talibus auxiliis ex
innata libertate sit voliturus, non possit certo aliquo statum
re circa hominis salutem, & conversionem; immo esse expo-
neret periculo id non implendi, quod efficaciter decerneret.
Arbitratur quoque, certitudinem predes-
tinationis, & effica-
ciam gratie altere conciliari non posse, nisi per illam scientiam
Deus prævidet, quid voluntas humana ante decretum suum
factura sit: consent enim, quod si divina voluntas, & gratia
humana preveniret voluntatem, & eam consensus, libertas
humana profus everteretur, & pessum iret.

V. Min. ergo pro prima parte probatur. Deus in suis for-
mandis decretis circa salutem hominum sufficienter dirigitur
scientia simplicis intelligentie: ergo non eget scientia media
directrice, & exploratrice humane voluntatis, Patet anteed.
nam Deus suæ Omnipotentie comprehensione videt in The-
sauris suæ Misericordie illa infinita media, & auxilia efficacis-
sima, quibus fortiter, sed simul suaviter prævenire potest, &
trahere humanam voluntatem, ut quando, & ubi voluerit,
sibi vocanti libere consentiat. Quis enim (repeto cum Angu-
stino in Enchirid. c. 98. supra cit.) tam impie desipiat, ut di-
cat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando
voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Verum
qui desiderat videre Deum non explorantem, sed cuncta, &
locum, & tempus, & consensus pro sui omnipotentis Pro-
videntia decernentem, adeat eundem S. Doct. hom. 23. ex fo-
nunc ferm. 99. c. 6. ubi Deum homini sic loquentem inducit.
Adulter non fuisse in illa sua vita præcelsa plene ignorantia,
nondum bonum, malumque discernens, nondum creditur in illum,
qui se resistenter regabat. Hæc tibi dicit Deus tuus, in illum,
se mihi, servabam te mihi. Ut adulterium non committeres, sus-
sor desistit: ut susor desisset, ego feci. Locum & tempus desistit:
ut hæc desisteret, ego feci. Adulter suscor, non desistit locum, non
desistit tempus: ut non consentiret, ego tenui. Agnosce ergo qua-
ntiam ejus, cui debes, & quod non admittisti. Hoc modo certe
non loquuntur, qui Deum exploratorem faciunt, priusquam
aliquid decernat.

VI. Pro secunda etiam parte prob. min. Quia hæc
modum conciliandi per scientiam mediam humanam Libertatem
cum